

# ANALEKTEN.

---

## 1.

### **Die Stellung der deutschen Nation des Baseler Konzils zu der Ausschreibung eines Zehnten, durch welchen die zur Griechenunion notwendigen Geldmittel beschafft werden sollten.**

Von

**Dr. Wilh. Altmann**

in Greifswald.

---

Bereits am 11. Februar 1435 hatte die deutsche Nation verschiedene Forderungen inbezug auf den Ablass und die Geldsammlungen geltend<sup>1</sup> gemacht, welche das Baseler Konzil behufs Gewinnung der Mittel zur Zurückführung der Griechen in den Schoß der allgemeinen Kirche anordnen wollte; so hatte die deutsche Nation vor allem die Verwaltung der in Deutschland gesammelten Geldsummen (Art. 2) für sich beansprucht und verlangt, daß ein etwaiger Überschuss zugunsten der Orte, in denen die Sammlungen stattgefunden hatten, verwendet (Art. 4) werden solle. Ein Teil dieser Forderungen (so namentlich die des zweiten Artikels) war ihr auch zugestanden<sup>2</sup> worden, als im April 1436 jener Ablass wirklich ausgeschrieben worden war.

---

1) *Protestatio facta per inclytam nationem Germanicam super materia indulgentiarum in facto Graecorum in generali congregatione die Veneris 11. Februarii 1435. Mansi, Conciliorum collectio XXX, 903.* Vgl. Hefele, Konziliengeschichte VII, 595.

2) Vgl. Pückert, Die kurfürstliche Neutralität während des Baseler Konzils, S. 76.

Als dann das Konzil zu Anfang des Jahres 1437 mit der Absicht umging, noch einen Zehnten auszuschreiben<sup>1</sup>, um die 70 000 Gulden — so hoch wurden die Kosten, welche durch die Überfahrt und die Ankunft der Griechen erwachsen sollten, veranschlagt — sich zu verschaffen, nahm die deutsche Nation auch inbezug auf diese Geldangelegenheit wieder eine selbständige Haltung ein: in den beiden Konzilssitzungen vom 26. April und 7. Mai 1437, von denen die letztere bekanntlich äußerst stürmisch verlief, erhob sie einen energischen Protest. Diese nicht unwichtige Thatsache ist bisher, so viel ich sehe, unbekannt geblieben: die vielen Dokumente, welche über diese beiden Sitzungen vorliegen (besonders auch bei Cecconi), enthalten doch nicht das mindeste über dieses Vorgehen der deutschen Nation. Wohl aber lernen wir dasselbe aus einem Notariatsinstrument kennen, dessen Original gegen Ende des vorigen Jahrhunderts in der Bibliothek des Breslauer Domkapitels gewesen und damals nebst den dort befindlichen für die Beziehungen Schlesiens zum Baseler Konzil in Betracht kommenden Urkunden von dem um die schlesische und namentlich Breslauer Geschichte so hoch verdienten Rektor Klose abgeschrieben worden ist. Die Sammlung dieser Abschriften befindet sich auf der Breslauer Stadtbibliothek (Hdss. Klose Nr. 124); sie bildet den Grundstock einer größeren Publikation über das Verhältnis Schlesiens zum Baseler Konzil, welche ich demnächst auf Veranlassung des Vereins für Geschichte und Altertumskunde Schlesiens (Codex dipl. Silesiae XV) veröffentlichen werde. Da jenes Notariatsinstrument, dessen Original ich in der Bibliothek des Domkapitels bisher vergeblich gesucht habe, für die allgemeine Kirchengeschichte und auch für die deutsche Geschichte von Wert ist, schien mir seine Veröffentlichung<sup>2</sup> an dieser Stelle angebracht.

In der Klose'schen Handschrift nimmt es die Blätter 43<sup>v</sup> bis 46<sup>v</sup> ein. Nach der ebendasselbst fol. 4<sup>r</sup> gegebenen Beschreibung des Originals war es auf weißem Pergament mit tief-schwarzer Dinte von einer italienischen Hand geschrieben und

---

1) Cecconi, Studi storici sul Concilio di Firenze. I. Antecedenti del Concilio. Nr. CIX.

2) Wunderbar ist es, daß Johann von Segovia, welcher als Zeuge fungiert hat, dieser Vorgänge mit keinem Worte gedenkt. Die Hoffnung, daß dieser so überaus wichtige Quellenschriftsteller doch noch von der Wiener Akademie vollständig veröffentlicht werden wird, wird man doch wohl aufgeben müssen, da dem ersten Bande die Hälfte des zweiten erst nach dreizehn Jahren (1886) gefolgt ist. Um so mehr ist das Fehlen eines Registers, welches die Benutzung des dickleibigen Folianten sehr erschwert, zu beklagen; dieses könnte doch wenigstens nachträglich angefertigt werden!

umfasste 73 Zeilen nebst 4 Zeilen, welche auf die Unterschrift des Notars kamen. In seiner äußerlichen Form hat es viele Ähnlichkeit mit den Dokumenten Nr. CXIX und CXX bei Cecconi. Es lautet folgendermaßen:

In nomine domini amen. ex tenore presentis publici instrumenti universis et singulis presentibus et futuris pateat et sit notum, quod anno a nativitate ejusdem domini millesimo quadringentesimo tricesimo septime indictione quinta decima et die <sup>1487</sup> Veneris vicesima sexta mensis aprilis, pontificatus sanctissimi in <sub>April 26</sub> Cristo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti anno septimo, — reverendissimis reverendisque in Cristo patribus et dominis dominis Juliano tituli sancte Sabine in Germania, Johanne tituli sancti Petri ad vincula sancte sedis apostolice legatis, Ludovico tituli sancte ecclesie Arelatensis sancte Romane ecclesie presbyteris cardinalibus vulgariter nuncupatis; Johanne archiepiscopo Tarentino; Johanne Antiocheno, Ludovico Aquilegiensi patriarchis; Amedeo Lugdunensi, Nicolao Panormitano, Francisco Mediolanensi archiepiscopis; Petro Dignensi, Alvaro Conchensi, Alfonso Burgensi, Anthonio Portugalensi, Martiali Ebroycensi, Matheo Albinganensi episcopis ac aliis dominis episcopis abbatibus ceterisque dominis doctoribus et magistris in magno numero et multitudine copiosa sacrum Basiliense Concilium representantibus et celebrantibus in generali congregatione, videlicet in majori ecclesia Basiliensi, de mane more solito congregatis, prefatis reverendissimis patribus dominis cardinalibus sancte Sabine et sancti Petri legatis necnon archiepiscopo Tarentino presidentibus in eadem — in mei notarii publici et testium infra scriptorum presentia post nonnullos actus in ipsa generali congregatione agitados et expeditos inter cetera concordata dominorum ad concordandum deliberationes in sacris deputationibus ipsius sacri Concilii factas et habitas, priusquam in generali ipsius congregatione concludantur, deputatorum nuncupatorum duodecim lecta fuerunt eorum concordata, que sequuntur:

„Super protestationibus inclite nationis Germanice super impositione decime alias et nuper factis concordant omnes sacre deputationes, quod admittantur hujusmodi protestationes.“

Quibus quidem concordatis sic ut premittitur lectis venerabilis ac circumspectus vir dominus Nicolaus Sachow decanus ecclesie Lubicensis super impositis collectis et colligendis (quo ad inclitam nationem Germanicam in dicto sacro Basiliensi Concilio officarius generalis nomine ejusdem inclite nationis Germanice illiusque suppositorum quorumcunque et eisdem adheren-

tium surgens in medium) postquam narasset se habere a dicta inclita natione Germanica in mandatis, quod quantumque necessarium foret quascunque protestationes oportunas de et super hujusmodi collectis et colligendis facere et interponere posset: sicuti apparebat ex nota per magistrum Georgium Frey ejusdem sacri Concilii et inclite nationis Germanice notarium et scribam ibidem tunc presentem inde sumpta et signeto suo manuali signata; quam unacum quadam alia protestationis cedula, quam in suis tenebat manibus, ibidem coram ipso sacro Concilio porrexit et tradidit legendas; dicens et faciens dictus dominus decanus, ut in ipsa protestationis cedula continetur (quam ibidem legi) et ipsam protestationem per ipsum sacrum Concilium admitti petiit.

Que ibidem per venerabilem virum magistrum Petrum Bruneti alterum notariorum ipsius sacri Concilii de mandato ejusdem Concilii ibidem alta et intelligibili voce lecte fuerunt. quarum quidem note et protestationis cedularum tenores sequuntur et sunt tales:

[*Nota Georgii Frey.*] Die Mercurii decima septima mensis aprilis anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo in inclita natione Germanica loco et more consuetis solemniter congregata presidente reverendo patre domino *Nicolao* episcopo *Gurcensi* placuit, quod venerabilis vir decanus *Lubicensis* innovet protestationem nationis in materia indulgentiarum ac decime in facto reductionis *Grecorum* impositae, quandocunque necessarium fuerit, et alias oportunas [*protestaciones*], de quibus sibi videbitur, interponat; et quod cras cum aliquibus ad se assumendis eat in deputationibus ac tandem in congregatione generali admitti petat.

1437  
April 17

1437  
April 18

Sic signavit *Georgius Frey*.

[*Protestatio nationis Germanice*] Cum nunc de decretatione decime nuper pro expediendo negotio reductionis *Grecorum* concludere agatur et pro parte inclite nationis Germanice suppositorumque ejusdem tunc certo modo efficaciter fuerit protestatio circa eandem impositionem et conclusionem decime emissa, apud acta hujus sacri generalis *Basiliensis* Concilii cum inde secutis registrata, ne igitur per taciturnitatem quicquid de predicta protestatione et inde secutis pereat, ego *Nicolaus Sachow* decanus ecclesie *Lubicensis* super impositis hujusmodi collectis colligendis, quo ad dictam inclitam nationem Germanicam in dicto sacro Concilio officarius generalis nomine ejusdem inclite nationis Germanice illiusque suppositorum quorumcunque dictam protestationem et omnia inde secuta circa decretationem predictam repeto et innovo ac in ea et in omnibus aliis actibus circa dictam

decimam ejusque expeditionem quomodolibet factis et in futurum fiendis pro repetita et innovata habere volo. et nichilominus illi nunc addendo etiam sollemniter protestor nominibus quibus supra, quod, licet dicta decima ut premittitur imposita et conclusa per sacrum Concilium quancunquc decretaretur, ipsa tamen levari in toto vel in parte aut ejus pretextu executores seu collectores per dictam inclitam nationem Germanicam aut in aliqua ejus parte poni et deputati forsam jam vel deputandi sua officia sive potestatem exequi aut aliquid circa istud disponere non debent, nisi offertoria ex indulgentiis pro dicta reductione concessis provenientia ad ratam in solutione septuaginta milium florenorum de camera mutuatorum vel mutuandorum dictam nationem tangentia non sufficerent; quo casu usque ad ratam hujusmodi exigatur et non ultra, nisi quousque Greci in portu Latino juxta decretum dicti sacri Concilii desuper factum fuerint personaliter constituti. et tunc etiam ac alias non aliter solvi levari aut distribui debet ipsa decima, nisi secundum primam protestationem superius expressam; nullisque quomodolibet dari debet potestas coactiva in partibus Germanie dictam decimam ut premittitur exigendi aut levandi, nisi hiis, qui per dictam nationem Germanicam aut ejus provinciales eligentur, quem ad modum in priori semidecima, indulgentiarum executione est observatum. qua prima protestatione et etiam presenti (quod absit!) non salvis nomine dicte inclite nationis et suppositorum ejus predictorum et omnium adherere volentium non consentio in aliquam conclusionem impositionem decretationem aut dispositionem quamcunquc hanc hujusmodi decimam concernentem. insuper repeto et innovo quibus supra nominibus protestationem alias in facto indulgentiarum pro dicta reductione concessarum etiam dictis nominibus factam eamque similiter in omnibus actibus factis et fiendis reductionem hujusmodi concernentibus volo habere pro repetita et innovata ac ipsas omnes et singulas iterum aut tacite vel expresse admitti supplico cum instantia debita et solenni. et hec omnia etiam apud dicta acta dicti sacri Concilii registrari peto et desuper tot, quot necessaria fuerint, fieri publica per reverendos dominos prothonotarios apostolice sedis et honorabiles notarios dicti sacri Concilii hic presentes instrumenta.

Quibus quidem nota et protestationis cedula sic ut prefertur per dictum magistrum Petrum Bruneti notarium lectis petitoque per venerabilem virum magistrum Hugonem Barardi alterum promotorum hujus sacri Concilii per prefatos reverendissimos dominos presidentes super hujusmodi supra scriptis et aliis concordatis dominorum duodecim concludi, prefati reverendissimi domini presidentes per organum reverendissimi domini cardinalis sancte Sa-

bine legati alterius ipsorum presidentium nomine et auctoritate sacri Concilii juxta deliberationes sacrarum deputationum et concordata dictorum dominorum duodecim super hujusmodi concordatis superius insertis (ut moris est) concluserunt protestationemque supra scriptam nomine et auctoritate ejusdem sacri Concilii duxerunt admittendam pariter et admiserunt. de et super quibus omnibus et singulis premissis prefatus dominus decanus Lubicensis nomine inclite nationis Germanice et omnium suppositorum ejusdem et eisdem adherere volentium petiit a me infra scripto et aliis ipsius sacri Concilii notariis tunc presentibus sibi fieri atque tradi ad futuram rei memoriam unum et plura publicum et publica instrumentum et instrumenta.

Acta fuerunt hec in dicta generali congregacione sub anno indictione die mense et pontificatu quibus supra presentibus ibi-<sup>1437</sup> April 26 dem venerabilibus et circumspectis viris dominis et magistris Dyonisio de Sabenrays, Johanne de Segobia in sacra pagina, Johanne Leonis, Johanne de Bachenstein archidiacono Zagrabiensi decretorum doctoribus et Guidone de Vercellis magistro in artibus Parisiensi testibus ad premissa astantibus et me Michaele Galteri notario infra scripto.

Subsequenter vero anno indictione et pontificatu quibus supra et die Martis septima mensis maji, dum in dicta majori ecclesia Basiliensi vicesima quinta hujus sacri Concilii Basiliensis sessio publica solenniter celebraretur, prefatus dominus decanus Lubicensis nominibus quibus supra sentiens et intelligens, quod in ipsa publica sessione decretari deberet decima per sacrum Consilium pro unione et reductione Grecorum universaliter imposita prescriptam protestationem et ceteras alias hactenus per eundem dominum decanum et alios nomine dicte inclite nationis Germanice ob hoc impositas nomine ejusdem inclite nationis Germanice eisdem firmiter persistendo et inherendo repetiit et pro repetitis haberi voluit et habuit, petens et requires de hujusmodi repetitione et ceteris premissis a me supra et infra scripto et aliis ipsius sacri Concilii notariis tunc presentibus sibi fieri atque tradi unum et plura ad futuram rei memoriam instrumentum et instrumenta.

Acta fuerunt hec in dicta sessione publica et interfuerunt presentes nobiles et egregii viri domini Georgius Visschel miles serenissimi et invictissimi domini Sigismundi Romanorum imperatoris in dicto sacro Concilio ambasiator, Mauritius de Spelchebergh comes de Spelchebergh canonicus Coloniensis et venerabilis vir magister Henricus Hubelini causarum audientie ejusdem sacri Concilii procurator et quam plures alii testes fide digni.

[S. N.] Et ego Michael Galteri clericus Constanciensis provincie Rothomagensis publicus apostolica et imperiali auctoritatibus dictique sacri Concilii generalis Basiliensis notarius et scriba, qui in premissis, (dum sic, ut supra scripta sunt, successive fierent et agerentur) unacum dictis testibus presens fui et de eis hoc publicum instrumentum per alium scriptum confeci manuque mea propria subscripsi et signo meo consueto ante posito signavi, in testimonium veritatis eorundem requisitus et rogatus.

## 2.

## Zur Korrespondenz Martin Luther's.

Von

Professor D. **Paul Tschackert**  
in Königsberg i. Pr.

Das Verhältniß Luther's zum Hochmeister und Herzog Albrecht von Preußen ist bekannt. Im Jahre 1523 hat Albrecht den Reformator zum erstenmal in Wittenberg besucht und sich von ihm die Anregung zu einer evangelischen Reformation des deutschen Ordens und zur Säkularisation des Ordenslandes geben lassen. Luther wurde ihm „Bischof, Papst und Vater“. Bis zum Jahre 1525 sah sich aber der Hochmeister aus politischen Gründen gezwungen, seine Sympathie für die Reformation zu verbergen. Erst als am 10. April 1525 zu Krakau die Säkularisation des Ordenslandes vollzogen war, erhielt Albrecht in religiösen Dingen freie Hand. Seine Korrespondenz mit Luther reicht von 1523—1545.

Die Briefe Luther's an Albrecht, welche aus den Jahren 1524—1545 meist auf dem Königlichen Staatsarchiv zu Königsberg (Schublade LXII) im Original erhalten sind, hat der Königsberger Archivar Faber herausgegeben, aus dessen Sammlung sie in De Wette's Briefe Luther's übergegangen sind; ihr Verzeichnis steht in dem von Seidemann besorgten sechsten Bande (1856) S. 570.

Dieser Sammlung füge ich hier die beiden Briefe Luther's (Abteilung A, Nr. I und II) hinzu.